

LEXICON IVRIDICVM

IVRIS CIVILIS ET CANONICI A DOCTO-
RIB. ITEM ET PRACTICIS IN SCHOLA AT.
QVE FORO VSITATARVM VOCVM
PENVS.

ACCESSERVNT ANTIQVITATVM ROMANARVM
ELEMENTA, ET LEGVM POP. ROM.
COPIOSVS INDEX.

*Olim quidem Pardulphi Prateij diligentia informatum: nunc vero deus doctis.
aliquot virorum industria ita constructum, & supra omnes omnium edi-
tiones tam multis & præclaris & hæcenus non explicatis dictio-
nibus illustratum, vt ad eius eximium splendorem
nihil desiderari possit.*

EDITIO QVARTA

Quid vero in hac quarta & postrema editione præstitum sit, epistola ad Lectorem docebit.



COLONIAE AGRIPPINAE,
APVD IOANNEM GYMNICVM,
SVB MONOCEROTE, ANNO
M D LXXXIII.

COE. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.



*Esta Confirmação
expurgada no de 1682
L. J.
André Mendes
Suzano de 1640
Marta de Souza*



NVN CV P A T O R I A.

lunali, & Camera Iudicio, Assessorem gesserit, non opus est multis hic commemorare: sicuti nec ceteras tuas cum corporis, tum animi dotes, acerrimum nempe iudicium, summam eruditionem, facundiam, memoriam, & in expediendis negotijs dexteritatem. cum notae sint haec ferè omnibus. Unde factum est, ut inde euocatus in aulam Treuirensis ab inclita memoria, Dn. Ioanne Archiepiscopo Treuirensi, et Principe Electore, &c. inter Consiliarios cooptareris: illo autem aliquot postea annis demortuo, à Reuerendissimo & Illustrissimo Principe, Dn. Daniele Archiepiscopo Moguntino, & ipso Principe Electore, &c. inde similiter accersitus, ad honoratissimum hoc Cancellariatus officium eueherere. Sed comprimam me, ne forte quibusdam adulari videar. Quod igitur reliquum est, accipe, rogo, vir amplissime, benigno vultu atque animo, Thesaurum hunc multijuga eruditione refertissimum, & utriusque Iuris copia cornu, M. T. nunc inscriptum, meque, nominis certè tui studiosissimum, inter clientes tuos referre dignator. Bene vale. Francofurti ad Mœnum. Ex adibus nostris, Prid. Non. VII. br. Anno Salutis M. D. LXXXI.

M. T.

addictissimus

Sigismundus Feyerabend,
Ciuis & Bibliopola Fran-
cofurtensis,

X 3 AD



LEXICON IVRIS CIVI- LIS, ET CANONICI,

ID EST,

De Verborum, quæ ad ius Civile & Canonicum per-
tinent, significatione, de quæ eius formulis:
Commentarius.



A L T E R A, de qua M. Ci-
cer. lib. 1. de Divin. Sus,
inquit, costio humi A,
literam impressit. eadē
in Greciam è Phœnicie
à Cadmo adlata fuit, vt
Plin. lib. 7. c. 56. histor.
natural. scribit, de rerū
inventoribus loquēs.
Hæc autem litera salu-
taris à Cicero. pro Milo.
reclē dicitur. Nam
apud veteres Roma-
nos abfolutionis notam fuisse docent Alex. ab Alexan.
Genial. dier. lib. 4. c. 14. Rud. in L. 2. D. de orig. iur. & eru-
ditissimi quiq; ex Alconio in Orat. pro Milone. Fuit etiam
nota in suffragijs & comitijs legū, qua se ciues repudia-
re rogationem significabant. Nam duæ tabulæ dati so-
lebant: quarum in altera V. R. id est, vti rogas, scriptum
erat in altera A. id est, antiquo, antiqua sequor, noua nō
placent. Erat & vt aliz per multæ, prænominis nota, vt
ex Valer. Probo Epigrammaticisq; Vrb. Veteris liquidō
constat. Sed & A. Augustum significat in inscriptionib.
& subscriptionibus constitutionum C. Th. & Iustinia-
ni, & Nouell. A quoq; præpositio est, quæ pro donec,
Alciato lib. 7. Patet. c. 21. accipi debet apud Teren. Cle-
mentem. 1. sed si hoc. 62. §. 2. D. de cond. & demonstr. ibi,
si à liberis non nupserit, id est, donec vel quandiu filios
habuerit, eos nō deseruerit. Sonat etiam idem quōd,
pro quo significatu vsus est M. Cicin Cluentiana. Non
modo dicendi à reo, sed ne surgendi potestas, &c. id est,
pro reo. Sumitur quandoq; pro, post, apud Pompon. l.
2. §. 8. & c. 13. D. de orig. iur. à regibus, à eadē, id est, post ro-
ges, post eadem. & apud Paul. l. pater. 40. §. 1. D. de adult.
Interdum loci propinquitatem denotat, vt à teatro ve-
nire, id est, à loco, qui est iuxta theatrū. Aliquando pon-
nitur pro, per, vt in diui Antonini cōstitutione l. 1. C. ad
l. Fab. de plag. ibi, à quo, id est, per quem. Interdum su-
mitur pro, de, vt à Castro Nouo. Sic aliquando non in-
dōctos loqueros fuisse scribit Thom. Linacer, indicans
etiam pro, vt vsus, p. expositione vsurpari. Sed & separa-
tionem significat apud Pompo. l. 3. §. 1. ibi à Brundesia.
D. de act. empt. idē vt Bart. in l. si ex duobus. D. de duob.
re. & Bald. in l. à caligato. C. de nupti. adnotant. Priuan-

A di quoq; vim habet, & significationem verbi, cui iuncta
est, imitat, vt in dictione *amare*, qua vsus est Vlpian.
in l. 1. §. hi quibus. D. de leg. 3. quæve extorres significan-
tur. A, quoq; præpositio causatiuè accipitur apud D. Au-
gust. & Iliodor. c. coniuges. & can. coniuux. 17. q. 3. Sumi-
tur etiā pro ex, apud Gaium, l. aded. 7. §. quod si vno. D.
de acq. r. et. dom. Significatio est etiam primi termini à
quo, sicut dicitio, vsque, termini ad quem. Hic terminus
à quo, significat exclusiuè, vt si caueatur statuto, A pulsu
campanæ vesperi nemo per vicos incedat. Includiuè au-
tem, veluti, si cantum ita fuerit statuto, A pulsu camp-
næ usq; domum manè exire liceat: quia sic statuens in-
tellexisse videtur. Officiorum quoq; & dignitatum no-
minibus præposita hæc præpositio significat eos qui iis
officijs, & dignitatib. funguntur, vt à studijs, à manu ser-
uus. Sueton. in Claudio Cesare. A libellis, à secretis, quos
magistros libellorum supplicum, & secretarios appella-
mus. Sic dicimus à rationibus, id est, computorum ma-
gistros. A PVNCTIS VERBO, a quatuorū deditur præ-
fectōs significamus, Front. li. 2. de aqua duct. Idē de Ab,
consendum est, vt ab actis, ab epistolis. Sueton. in Clau-
dio. A capite ducere, vide infra Caput.

A certo hæredē legare, certo hæredi, vt legatum aliquod
præstet, mādare, sic vt ab illo debeatur solo. Cicin Top.
Si pater familijs vxori ancillarū vsū fructum legauit à
filio, neq; à secundo hæredē legauit, mortuo filio mu-
lier vsū fructum non admittet. Marcell. l. 6. de aur. arg.
leg. Seia ab hæredē P. Maruio ita legauit. Iulian. l. quæ-
ritum. 51. de legar. 2.

A Duumiro dimitti intelligendus est, qui iussu, impetio,
permissu, mandatuve Duumiri dimittitur, apud Vlp.
l. si quis vxori. 52. §. 6. D. de fort. Si fugitiuum meum quis
quati suū à Duumiro, vel ab alijs qui potestatem habent de
carcere vel custodia dimitteret, an is furti tenetur?

A T I N E R I S, pro, quandiu liberos habebit. Terentius. l.
sed si. 62. §. 1. D. de cond. & demon. Quum vir vxori, si à
liberis non nupserit, in annos singulos aliquid legauit,
quid iuris sit? Iulianus respondit, posse mulierem nubo-
re, & legatum capere. Quod si ita scriptum esset, Si à li-
beris impuberibus non nupserit, legem locum non ha-
bere: quia magis cura liberorum, quàm viduitas in iun-
geretur, id est, Quandiu liberi erunt impuberes. Papi-
nia. l. cum tale. 71. D. eo. Cum tale legatum esset relic-
tū Titie, si à liberis non discesserit, &c. Similiter Paul. libe.

A Senten.



PROLEGOMENA IN EAM LEGVM DESCRIPTIO-

NEM, QVÆ ORDINE ALPHABETICO SVB-

sequitur, ex Pauli Manutij libro sexto Anti-
quitatum Romanarum.



OPTIMA omnium, at-
que æquissima natura
lex est, quæ cum nihil
cuiquæ deesse, tum ea,
quæ cuiquæ habet, æter-
na iudet esse. nam, quæ
admodum illa, quæ cae-
lestibus corporib. præ-
sunt, beatæ mentes ius-
tissimæ sunt, & solum
quæq; corpus iustissimè
regit: sic ipsa natura,
quæ de superioribus il-

lis mentibus derivata, & in vniuersa collecta vis est, æquil-
simam in agendo ordinem seruauit: et hæc, quæ egit, pa-
tere omnibus, nec vnquam non esse vult, itaque & eam
partem æris, quæ sublimior, eoque purior est, oculis tra-
hentes, ad spectu cæli iucundissimo omnes si uimur:
& interioretm, mixtâ, spiritum haurimus: & sustineatur,
atq; alimur terra, & aqua ad ea, quæ cuiquæ comoda, ac
necessaria sunt, vimur nam, et si horum singula vni ani-
mantium generi tributa ad vsum ac victû præcipuè vi-
dentur, tamen ita vni generi proprium vnumquodque
est, vt diuersi generis animantibus nihil denegetur. ali-
tibus ær, mare piscibus, quadrupedibus, terra, cetera cuiquæ
animâ sedes, ac naturale domicilium est: omnia tamè
omnibus communia sunt, neq; alieni alimenti vni ani-
mal vllum perpetuò caret. Hæc sua lege natura, comu-
nis omnium mater, ita constituit, ac sanxit, cuius ad simi-
litudinem quòd proprias accedunt humanæ leges, eò cer-
tior ac laudabilior ea vitæ ratio est, quam hominû gene-
ri præscribunt, neq; ad aliud exemplum spectant homi-
nes illi, quos antiqui scriptores diuinis laudibus ex-
tollunt, qui suas ciuitates optimis institutis, ac saluber-
tissimis legibus temperarunt. Celebrantur præter ceteras
Lacedæmoniorum leges, à Lycurgo laræ Atheniensiu,
à Solone, Com memorantur & illæ, quas Loerentibus
Zaleucus, Thurijs Carondas, Getis Zamolxis, Pythago-
ræ discipulus, dedit. Laudat etiam Cretensium leges Pla-
to, Carthaginensium Socrates. Romanas verò Polybius
anteponere omnibus non dubitat. hæc eum ab ijs, qui
ceteris hominibus ingenio, ac sapientia præstiterunt,
summo petè laudatæ prædicatæque sint: quid aliud, nisi
præclaras fuisse, credendum est: at dissimiles inter se,
& si dissimiles, quo modo omnes præclaræ: quæ numi-
rum ad eundem finem, eandemq; quali metam, nò ea-
dem tamen via, omnes tendunt. Ius naturæ, in quo ni-
hil inæquale deprehenditur, p̄tissimi conditor est legum

ante oculos habuerunt, eius imaginem in suas quisquæ
leges, quantû imitatione licuit, transfulerunt, qui cum
ad iulium pariter insederent, eandem tamen in tra-
dendo iure rationem ideo secuti non sunt, qui nò eius-
dem loci, nò eiusdem cæli, non eiusdem hominibus inge-
nij leges facebant. hæc illi cum animo circumspiceret,
atq; cogitarent, modò perficere possent, quod agebat:
qua ratione peritarent, laborandum non esse iudica-
runt, neq; enim ipsatum legum vitio factum est, vt aut
Athenienses minus diu, quam Lacedæmonij: aut Lacedæ-
monij minus quam Romani Bomerint: sed quod
Athens citius quam Sparta, & Sparta citius, quam Ro-
ma de rectorum malorum cõsuetudine desectens, legum
imperium maiestateq; neglexit. Quare prudenter in-
dicat Polybius, quod duabus potentissimis ciuitatibus,
Carthagine, & Roma, in ultorum annorû bello de im-
perio decertantibus, ad extremum succubuisse Cartha-
ginem, & victam conditiones accepisse, ob eam maxi-
mè cassam putat, quòd, quo tempore inter eas incidit
contentio, tum & Carthagine multò, quam antea, ne-
gligentius: & Roma multo quam vnuquam diligentius
leges colebatur. nihil enim sine iure perpetuum est.
Ius autem ipsum nihil aliud est, quam bene viuèdî nor-
ma, legibus tradita atq; præscripta, quam qui tenent, so-
li diu maximas res, maximeq; optabiles adipiscuntur,
primùm, ipsi quotidie magis in sua ciuitate cari sunt, at-
que honorati, inter ignotos clari, inter homines viri,
inter viros heroes: deinde id quod velle bonitatis est,
perficere virtutis, facile consequuntur, vt eorum patria
ciuib. frequens, pace tuti, opibus beata sit. Ex hoc ge-
nere fuisse legimus Thebis Epaminondam, Sparte A-
gesilam, Athenis Aristidem, Romæ Camillû, Fabios,
Decios, Scipiones, Catones, innumerabiles alios, nulla
enim ex omnium sæculorum memoria magis ad oem
laudem ciuitas excelluit. *Et paulo post:* Ius igitur omne
aut à natura est, aut à cõsuetudine, aut à legibus. Ius na-
tura ipsum per se, sine cõsuetudine & legibus, ad opti-
mam vitæ cõditionem satis erat. satis enim beatè viue-
remus, si naturam ducem sequeremur. sed quia, quod
iustum & laudabile est, multi, vel quia sunt hebetes, nò
intelligunt: vel sunt improbi, dissimulant: iccitò, ne
peccantib. daretur exculandi locus, scripta lex est, quæ,
quid agendum, fugièdumve esset, perpetuis literarum
notis testatum, atq; exoptatum ante oculos poneret. is
enim, qui legem fert, si modò suam voluntatem ciuita-
tis cõmmodo instituit, etia spectat, vt prænam facit di-
gnâ perdiri homines luant ceteri, exacto plo admoni-
ti, p̄naq; detentiti, meliores efficiantur: vt vini boni,

Templi concipiendi.

Varro lib. de ling. Lati. 6. Concipitur templum verbis, non ijsdem vsquequaque. In arce ita: Testa que meta sunt, quoad ego eas relinquam, nuncupato. Olla ver arbor, quicquid est, quam me sentio dixisse, templum testumque: ferto in sinistram. Olla ver arbor, quicquid est, quod me sentio dixisse, templum rectumque: ferto in dextram. Interea concretionem, conspicionem, cortumione, vtiq; ea rectissime sensu.

Vaticinij Martiani.

AMNEM Troiugena Cannam Romanæ fuge, ne te alienigenæ cogant in campo Diomedis conserere manus. sed neq; credes tu mihi, donec cõpleris sanguine campum: multa q; millia occisa tua dederat annis in potam magnum ex tetra frugifera, piscibus atq; auibus, ferisq; quæ incolunt terras, is fiat esca caro tua: nam mihi ita Iupiter fatus est. Hostes Romani si expellere vultis, vomitantq; que gentium venit longè, Apollini vouendos cæleo ludos qui quotannis comiter Apollini fiant, cum populus dederit ex publico partem, priuati vti conferant pro se suisque. His ludis faciendis præerit Prætor hic, qui ius populo plebiq; dabit summum. Decemviri Græco ritu hostijs sacra faciant, hæc si rectè faxitis, gaudebitis semper, fietq; res vestra melior: nam is dius extinguet perduelles vestros, qui vestros campos pascit placide. Ex Liuij lib. 27.

Vestalis à Pontif. Max. capiunda.

SACERDOTE Vestalæ, quæ sacra faciat, quæ ius fiet sacerdotem Vestalem facere, pro populo Ro. Quiritibus, vti quod optima lege fiat, ita te Amata capio. Ex Gellij lib. 1. c. 12.

Voti ob bellum cum rege Antiocho.

SI DVELLVM, quod cum Antiocho rege sumi populus iussit, id ex sententia Senatus populiq; Ro. confectum erit, tum tibi Iupiter populus Rom. ludos magnos, dies decem continuos faciet: dona q; ad omnia paluinaria dabuntur de pecunia, quantâ Senatus decreuerit, quis

quis magistratus eos ludos quando vbiq; faxit, hi ludi rectè facti, dona q; data rectè sunt. Ex Liuij lib. 36.

Voti concipiendi.

TVO ductu, Pythice Apollo, tuoque numine instinctus pergo ad delendam urbem Veios tibi, hinc decimam partem præde voueo. te simul Iuno Regina, quæ nunc Veios colis, precor, vt nos victores in nostram, tuamq; mox futuram urbem sequare: vbi te dignum amplitudine tua templum accipiat. Ex Liuij lib. 5.

Voti de vere sacro concipiendi.

VELITIS iubeatisne hoc sic gerit si res populi Romani Quiritium ad quinquennium proximum, sicur velim eam, salua seruata erit bisce duellis, datum donum dicit populus Rom. Quiritium, quod duellum populo Romano cum Carthagenensi est, quæq; duella cum Gallis sunt, qui cis Alpes sunt: quod ver attulerit ex iuillo, ouillo, caprino, homillo, grege, quæq; profana erunt, Ioui fieri, ex qua die Senatus popululq; iusserit, qui faciet, quando volet, quæq; lege volet, facito quo modo faxit, probè factum esto: si id moritur, quod fieri oportebit, profanum esto, neq; scelus esto. si quis rumpet, occideret in sciens, ne fraus esto. si quis clepser, ne populo scelus esto, neve cui cleptu erit, si at o die faxit in sciens, probè factum esto. si nocte siue luce, si seruus siue liber faxit, et obè factum esto. si ante id ea Senatus popululq; iusserit fieri, ac faxit, eo populus solutus liber esto. Eiusdem rei cauda ludi magni voti aris 337. millibus, oriente: præterea bobus Ioui 300. multis alijs diuis bobus albis, atq; cæteris hostijs. Ex Liuij lib. 22.

Voti Pontificum.

PONTIFICVM VOTIS ANNVAANT Dii Romanæ Reipublicæ, arcanaque morbis prælidia Apollinis iussu summa venetatione ex hoc Palladis scypho sacramenta libant, annuant, quorum ritu Romano imperio regna cessere. Ex Antiquitatibus Romanis cap. 13.

F I N I S.

EXCVDEBANT FRANCOFORTI AD MOENVM,
Christophorus Coruinus, & Iohannes Wechelus, impensis Sigif-
mundi Feyrabend. Pr. Non. Septembr.



ANNO MDCCXXCI.